Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pergeret ad uidendum. uocauit eum
de medio rubi et ait. Moyses moy
ses. Qui respondit. Assum. At ille
Ne appropies inquit huc. Solue cal
ciamentum tuum de pedibus tuis. Lo
cus enim in quo stas terra sancta est. et
ait. Ego sum deus patris tui. Deus
abraham. Deus ysaac. Deus iacob.
Abscondit moyses faciem suam. non enim audebat respi
cere contra deum. Et ait dominus
Vidi afflictionem populi mei qui est
in egypto et clamorem eius audiui
propter duriciam eorum qui presunt
operibus. et sciens dolorem eius descen
di ut liberarem eum de manibus egyp
tiorum et educerem de terra illa in ter
ram bonam et spaciosam in terram que
fluit lacte et melle. ad loca chananei
et ethei et amorrei et pherezei et euei
et iebusei. Clamor ergo filiorum israel
uenit ad me. uidi que afflictionem eorum
qua ab egyptiis opprimuntur. Sed ueni
ut mittam te ad pharaonem. ut e
ducas populum meum filios israel de e
gypto. Dixit que moyses ad eum. Quis
ego sum ut uadam ad pharaonem
et educam filios israel de egypto. Qui
dixit ei. Ego ero tecum. et hoc habe
bis signum quod miserim te. Cum
eduxeris populum meum de egypto. Im
molabis domino super montem istum.
Ait moyses ad deum. Ecce ego ua
dam ad filios israel et dicam eis. Deus
patrum uestrorum misit me ad uos.
Si dixerint michi quod est nomen
eius. quid dicam eis. Dixit que dominus
ad moysen. Ego sum qui sum. Sic
dices filiis israel. Qui est misit me
ad uos. Dixit que iterum deus ad mo

ysen. Hec dices filiis israel. Dominus
deus patrum uestrorum. Deus abraham.
deus ysaac. deus iacob. misit me ad
uos. hoc nomen michi est in eternum
et hoc memoriale eorum meum in generati
onem et generationem. Vade et congrega
seniores israel et dices ad eos. Domi
nus deus patrum uestrorum apparuit
michi. Deus abraham. deus ysaac
deus iacob misit me ad uos dicens
Visitans uisitaui uos. et uidi omnia
que acciderunt uobis in egypto. et
dixi. Ut educam uos de afflictione e
gypti in terram chananei et ethei. et
amorrei et pherezei et euei et iebusei.
ad terram fluentem lacte et melle. et
audient uocem tuam. Ingredieris
que tu et seniores israel. ad regem egypti
et dices ad eum. Dominus deus he
breorum uocauit nos. Ibimus uiam
trium dierum per solitudinem ut im
molemus domino deo nostro. Sed ego
scio quod non dimittet uos rex egyp
ti ut eatis. nisi per manum ualidam.
Extendam enim manum meam
et percuciam egyptum in cunctis mi
rabilibus meis. que facturus sum
in medio eorum. Post hec dimittet
uos. Daboque graciam populo huic co
ram egyptiis. et cum egrediemini non
exibitis uacui. Sed postulabit
mulier a uicina sua et hospita uasa
argentea et aurea. ac uestes ponetis
que eas super filios et filias uestras. et spo
liabitis egyptum.

IIII

Respondit moyses et ait. Non
credent michi. neque audient
uocem meam. sed dicent.
Non apparuit tibi dominus. Dixit
ergo deus ad eum. Quid est hoc quod